Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8259
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

ero · et cum intrauit plenitudo gencium · tunc omnis israhel saluus erit · Tu autem.
Princeps itaque synagoge nomine melius quam ipse moyses intelligitur · Unde bene yairus · id est illuminans siue illuminatus uocatur · quia qui accipit uerba uite dare nobis · et per hec ceteros illuminat · et ipse a spiritu sancto quo uitalia monita scribere et docere possit illuminatur · Tu. Capitulum ·
Ecce dies ueniunt dicit dominus et suscitabo dauid germen iustum · et regnabit rex et sapiens erit · et faciet iudicium et iusticiam in terra · Deo gracias · Capitulum
In diebus illis saluabitur iuda · et israhel habitabit confidenter · et hoc est nomen quod uocabunt eum dominus iustus noster · Deo gracias · Oratio ·
Excita domine tuorum fidelium uoluntates · ut diuini operis fructum propensius exequentes · pietatis tue remedia ma